UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae, Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de Liesse dictam effulsere

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puer mirabile vitæ periculum euadit per preces matris ad B. virginem factas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59700

Visual Library

confiſa meritis glorioſæ ac miſericordiſſimę Virginis, quam identidem ex intimo mentis affectu inuocare conſueuerat, ilicò reuixit infans, & ſalutari lauacro potitus eſt. Contigit hoc viceſimo ſeptimo Aprilis eiuſdem anni in octaua proceſſionis Camberonæ.

INFANTVLVS AD TRES HORAS exanimis mundo editus, anima & baptiſmo donatus eſt, vbi, voto facto, B. virgini fuit commendatus.

CAPVT XXXIX.

EOdem anno 15. Maij, Stephanus Scarfeetus è Camberona caſtro, è coniuge prolem ſuſtulit mortuam, vt per tres horas apparuit adiutantium mulierum relato ac teſtimonio: quæ cum infantem beatæ Virgini deuouiſſet, & lucis vſuram & baptiſmi beneficium percepit, illatus in beatæ Virginis ædiculam ſupra eius altare, vbi & fleuit clamans.

PVER MIRABILE VITAE PEriculum euadit per preces matris ad B. virginem factas.

CAPVT XL.

EOdem anno filius Nicolai Gauræi Athêſis ſexennis dum vnà cum ſocijs ſuis in platea colluſitat, ecce currus herbis tinctorijs (vulgus gallicum VVeydas vocat) confertus, per medium puerulum tranſijt. Quem mater

intanto periculo videns, cõtinuò beatæ Vir-
gini deuouet, fuſis pro pueri ſalute preci-
& quidem minimè in vanum: nam ſa-
quod mirum eſt) & illæſus citra laborem
ſurrexit. Vndè pater illum paulò poſt e-
inſidentem ad beatæ Virginis ædiculam
gratiarum actionem deduxit.

MVLIER AD EXTREMA VIT- per ducta ſanatur, inuocata Dei Matre.

CAPVT XLI.

ANno 1440. Mulier quædam è Brug-
ta, valido morbo correpta fuit, ac
tam ſacram vnctionem percepit: ſed cõſe-
atque auxilium beatæ Virginis Camberon-
ſis implorauit, ſanam omnimodè ſeſe depre-
hendit ab omni morbo liberata,

VIR EXTREMIS AGENS, PRI- ſtinæ ſanitati reſtituitur, miſſa oblatione ad B. virginem.

CAPVT XLII.

ANno 1446. Gulielmus Mazerellus
Bruxellenſis in extremo quaſi actu vi-
tæ conſtitutus, mox vt oblationem miſit ad
B. Virginem Camberonenſem, vixdum egreſ-
ſo Bruxella nuntio, ſe ſanitatem recuperaſſe
gauiſus eſt.

PVE-